

postmodum per legis doctores et  
prophetas: ad extremum uero per  
apostolos. dum plebis sue uo-  
ces excoluit: quasi per operarios  
in uineam culturam laborauit. quoniam  
uis in quolibet modo uel uine  
sua: quisquis cum fide recta uo-  
ue actionis predicator: extitit.  
Ihuus uinee operarius fuit.  
Operator ergo mane hora ter-  
tia et sexta et nona. antiquus  
ille et hebraicus populus desig-  
natur: qui in electis suis ab ip-  
so mundi exordio. dum recta  
fide

ad deum

uolare. Ad undecimam uero  
gentiles uocantur: quibus et  
dicitur. Quid statis hic tota  
die otiosi: Qui enim transacto  
tam longo mundi tempore. per  
uita sua laborare neglexerat:  
quasi tota die otiosi stabant.  
Sed pensate fratres: quid in qui-  
siti respondeant. Dicit enim:  
quia nemo nos conduxit.  
Nullus quippe patriarcha:  
nullus propheta uenerat. Et  
quid est dicere ad labore nos  
nemo conduxit: nisi uite no-  
bis uias nullus predicauit:

Quid ergo nos a bono opere  
cessantes. in excusatione ustra  
dicturi sumus: qui pene a  
matris utero ad fidem ueni-  
mus. qui uerba uite ab ipsis  
amabilis audimus. qui  
ab uberibus sancte ecclesie potum  
supie predicationis sumpsi-  
mus cum lacte carnis: &

**I**esudore uultus uesteris pau-  
cino dixit dominus ad adam cum ope-  
ratus fuisset terram. Non dabit  
fructus suos sed spinas et tribulos  
germinabit tibi. **D**ices quod

**P**er non dabit. **leo nona.**  
Possimus uero et easdem  
diuersitates horarum. etiam ad  
unumquemque hominem per  
etatum momenta distinguere.  
A sane quippe intellectus uiri  
puericia est. hora autem tertia  
adolescentia intelligi potest:  
quia quasi iam sol in altum pro-  
ficit dum calor etatis crescit. ter-  
ta uero uiuentis est. qua ue-  
lut in centro sol figitur: dum  
in ea plenitudo roboris solida-  
tur. **S**ona autem intelligit  
senectus: in qua sol uelut ab